FLORENTINA
PRÆCEDENTIÆ
SEU
PROCESSIONVM.

PRæcedentiarum controverſiæ, licèt leves, inutiles, atquè humano Chriſtianoquè conſortio adverſantes videantur, tamen non ſolum graves evadunt cum agatur de honore, quo nihil homini carius, & ob naturalem, quo quis fertur inſtinctum, ut alterum antecellat, vel eidem inferior non reputetur. *Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 16. n. 29. Altogr. conſ. 1. n. 1. tom. 2. Caſtald. conſul. 234. n. 1. et 2. Antun. de Donat. Reg. lib. 3. cap. 42. n. 13. deciſ. 89. n. 30. poſt Balduc. ad Ramon. tom. 4. Add. ad Pamphil. deciſ. 92. in princ.* verùm etiam iuſtæ, & laudabiles, tamquàm tendentes ad rationem vitæ politicæ, in qua quemadmodùm rerum, ità & perſonarum ordinem gradumq; non confundere, ſed diſtinctè ſervare intereſt, cum ordo ſit concentus operationum, & comunionis proportio *ex Platone apud Marſil. Ficin. in Speuſip. de Platon. defin.* benè atquè eruditè ad rem *Petr. Gregor. Tholoſ. de Repub. lib. 4 cap. 10.*

d by Goo k

10. *n.* 1. *cum ſeqq. Tondut. reſ. benef.* 81. *n.* 1. *&* 2. *tom.* 1. *Altogr. d. conſ.* 1. *n.* 1. *& ſeqq. tom.* 2. *Rocc. de Offic. rubr.* 5. *de præced. n.* 9. *& ſeqq. Cyriac. contr.* 201. *à n.* 8. *Pegaſ. de compet. p.* 2. *cap.* 64. *n.* 1. *Capy. latr. conſul.* 43. *à n.* 1. *Lau. alleg.* 51. *n.* 2. *& ſeqq. Valenz. conſ.* 1. *à n.* 3. *& conſ.* 34. *n.* 5. *cum ſeqq. Hermoſ. ad lop. gloſ.* 2. *prolog. p.* 5. *n.* 129. *& ſeqq. pag.* 15. *Scop. ad Gratian. deciſ.* 16 *n.* 1. adeòut præcedentiæ juribus facilè renunciandum non ſit, nec indiſtinctè deceat, *cap. admonendi* 2. *quæſt.* 7. *cap. quando* 86. *diſt. Decian. reſp.* 67. *n.* 1. *lib.* 2. *Altogr. d. conſ.* 1. *n.* 7. *lib.* 2. *Cyriac. d. contr.* 201. *n.* 20. ſivè agatur de perſonis Sæcularibus, ſivè Eccleſiaſticis, nàm cum Eccleſia militans exemplata ſit à triumphante *ex cap.* 25. *Exod. gloſ. in lem. ad noſtram verb. Eccleſiæ de Heret:* ità ſtatus Eccleſiaſticus ad inſtar cæleſtis Hierarchiæ ordinari, & diſtingui debet *cap. ad hoc* 7. *diſt.* 89. *D. Thom.* 2. *ſecunda quæſt.* 183. *art.* 2. *poſt D. Paulum Cornel. a Lapid. in cap.* 14. *in fin. ad Corinth. lib.* 1. *poſt D. Auguſtinum Luc. de Pen. in l.* 2. *in princ. C. de proxim. Sacror. Scrin. lib.* 12. & poſt alios *Valenz. d. conſ.* 34. *n.* 12. *&* 22. *Gonzal. in cap.* 1. *ſub. n.* 5. *de major. & obed. Rot. coram Molines* inter recollectis per *Palm. deciſ.* 319 *in princ. & in terminis* Proceſſionis *Anſald. deciſ.* 25. *in princ.* nec ullum ſcandalum exindè oritur, minùſque reprehendendi ſunt, qui de præcedentia, & majoritate contendunt *Bordon. de præced. Canon. later. cap.* 1. *n.* 9. *&* 69. *& cap.* 2. *n.* 22. *tom.* 4. *Raynald. obſeru. in ſupplem. cap.* 32. *ſupplec.* 4. *n.* 117. *tom.* 4. *Rot. apud Palm. d. deciſ.* 319. *in princ.* dummodò illud fiat ſine ambitu, ſuperbia, atquè humanæ gloriæ cupiditate, ſed ad ſolam in rebus harmoniam Pacem, tranquillitatemquè conſeruandam, cum aliàs dignitas nos majores non efficiat, nec loco vir, ſed viro locus cohoneſtetur, ſortius verò apud Deum, qui verbis, atquè exemplo humilitatem, & manſuetudinem nos docuit, & apud Quem non eſt acceptatio Perſonarum, ſed qui fecerit, & docuerit magnus vocabitur uti ex Sacris Oraculis DD. Chriſoſtomo, Gregorio, atq, aliis referunt *Valenz. d. conſ.* 34. *n.* 1. *& ſeqq. Rocc. de Offic. d. rubr.* 5. *nu.* 1. *& ſeqq. Caſtald. conſul.* 234. *in fin. Gonzal. in d. cap.* 1. *n.* 4. *&* 7. *de major. & obed Hermoſil. ad lop. gloſ.* 2. *prol. p.* 5. *n.* 124. *& ſeqq. pag.* 15. ex quibus meritò laudantur Generales PP. Jeſuitarum, & Cappuccinorum, immitandiquè exponuntur ab *Alrouit. in vot.* 8. *n.* 35. *poſt deciſ. Rembold.* ob controverſiam inter eos non de ſublimiori, ſed de humiliori loco excitatam.

Ex his igitur inſolita non fuit nec contemnenda viſa eſt, gravis contro-

ized by Google

troverſia, quæ inter Illuſtriſſimũ, & Reverendiſſimum Capitulum inſignis Metropolitanæ, ac Reverendiſſimum Abbatem, & Monachos Caſſinenſes hujus Civitatis Florentię inſurrexit circa modũ, quo eorum Cruces cum Vexillis incedere deberent in principio Solemnium Proceſſionum duarum præcipuè, quæ fiunt in diebus feſtivitatis Sanctiſſimi Corporis Domini Redemptoris, & Vigilię Nativitatis D. Joannis Baptiſtæ prætendente Capitulo, quod Vexillũ Monachorum minoris eſſet longitudinis, & ad ſiniſtram aliquantulum retrò incederet, è contra verò inſtantibus Monachis declarari eorum Vexillum non tàm æqualis longitudinis eſſe debere, quàm in eadem linea, pariquè paſſu cum altero Capituli deferẽdum, eamdemque controverſiam cum concordibus votis, in Sereniſſimum, & Reverendiſſimum Cardinalem Mediceum Partes cõpromiſerint, atquè ex ipſius ſingulari clementia mihi fuerit demandatum, quod Proceſſui intervenirem, diſcuſſoquè negotio, quid Juris mihi videretur referrem; In æquali linea pariq; paſſũ utrumque Vexillum incedere debere, retuli, cum hoc tamen, quod alterum Monachorum longitudinis, ſeù altitudinis aliquantùm minoris eſſe deberet; atq; ita Sereniſſimus Arbiter laudum proferre dignatus eſt ex infraſcriptis rationibus, quas ipſius altiſſimę, atquè erudiriſſimæ menti examinandas propoſui.

SERE.

Google

SERENISSIME, ET REVERENDISSIME
PRINCEPS

Perpenſis iis, quæ tàm in facto, quàm in Iure fuerunt à Partibus deducta in hac controverſia, mihi à Celſitudine Tua Sereniſſima, & Reverendiſſima ad referendum commiſſa; Iuſtitiæ conſonum exiſtimo, quod Vexillum Monachorum Caſſinenſium in linea, æqualique inceſſu cum altero Metropolitanæ in publicis Proceſſionibus procedat, & quod aliquanto minoris altitudinis eſſe debeat.

Nam cum à Capitulo Metropolitanæ non controvertatur conſuetus ab immemorabili utriuſque Vexilli locus, atque inceſſus in Capite Proceſſionum, prout ex Compromiſſo, & ſubſecuta illius petitione apparet, ubi talem inceſſum confitetur, & admittit; nulla maior huiuſmodi confeſſione probatio reſultare poteſt, ad tradita in his terminis *per Panimoll. deciſ. pr. n. 4. Rot. deciſ. 15 n. 16. p. 6 rec. deciſ. 560. n. 6. p. 19. rec. deciſ. 19. n. 5. & 6. poſt Antonell. de iur. & oner. Cler., repetita poſt de Luc. de iuriſdiction. deciſ. 27.* iunctis Teſtibus, Hiſtoriis, Picturis, cæteriſque Documentis per ipſum Capitulum, & Monachos productis, & allegatis, in quibus dictus utriuſque Vexilli inceſſus in Capite Proceſſionum incontrovertibilis probatur, ex latè firmatis *per Trobar de immemorab. quæſt. 4. n. 5. cum ſeqq. per tot. Oeping. de iur. inſign. cap. 18 membr. p. n. 213 cum ſeqq.* atque ex infra dicendis ſolum quæſtio, quoad primum caput redigitur ad modum procedendi, vel æqualiter in linea, vel cum aliqua diſtantia inter unum, atque alterum Vexillum, adeo ut illud Monachorum, non tàm ad ſiniſtram, quod non controvertitur, quàm aliquibus retrò paſſibus procedere teneatur.

 Et

Et primo ex parte Capituli deducitur, quod plures Cruces non ſint in principio Proceſſionum coacervandæ *ex Nicol. in ſuis Floſcul. verbo Proceſsion n.* 10 & ex pluribus Sacræ Congreg. Rituum Decretis relaris *per Pignatell. conſult.* 30.*num*:7. *cum ſeqq. tom.* 4. *Conſult.* 58. *n.* 12. *tom.* 6. & quod Crux Metropolitanę, tamquam dignior omnes alias inferiorum Eccleſiarum præcedere debeat *Quart. de Proceſsion. ſection.* 2. *punct* 4.*n* 206., *Thomas tract. var. de Præemin n.*428.*Tamburin. de iur. Abbat tom. p. diſput.* 25. *quæſt.* 2. *num.* 14. *in fin. Adden. ad Buratt deciſ.* 903. *n* 16 *deciſ.* 18. *n p poſt Antonell de iur & oner. Cler.* multòque magis Crucē Cleri Regularis, quàm Sæcularis ſemper, atquè ubique præcedit, *iuxta Text. in cap alia, in cap legi* 16 *quæſt p. Manriq. de Præcedent. cap* 14 *per tot. Salgad. de Regia protect part.* 2. *cap.* 9.*n.* 37 *cum ſeqq.* & iuxta præſcriptum ordinem in Cæremoniali Epiſcoporum lib 2. cap 32 confirmato per Bullam *Clement.* 8. ubi omnimoda præcedentia Clero Sæculari ſupra Regularem conſervatur, ut refert *Panimoll. deciſ. p. annot.* 3. *n. p cum ſeqq* ne alias emergit, quod ex confuſione Vexillorum confundatur, ſimulque fociẽtur perſonæ inter Clericos diſparis profeſſionis, Sæcularis ſcilicet, & Regularis, contra Decretum Concilij Hiſpalenſis in *Canon. in nona* 16. *quæſt. p. in cap. cum cauſam* 27. *de elect. in cap. ad hæc* 89. *diſtinct.*, in quibus refertur illud Deuteronomij præcæptum, *Non Arabis in Boue, & Aſino*, tradit *Sperell. in Oppidenſ. Proceſſ: deciſ.* 179. *n.* 11. *cum ſeqq.* & fuit dictum in eadem cauſa coram Veroſpio apud *Pignatell conſult* 26. *n.* 7. *cum ſequen. tom.* 4. ubi damnatur mixtus inceſſus Sæcularium Clericorum, & Regularium, & in quibus maximum, & concors fundamentum per Advocatos Capituli in eorum conſultationibus conſtituitur: atque in tantum, ut firmare conentur Vexillum Monachorum pręire debere immediatè ipſorum Corpori, ubi eidem per dictum Cęremoniale Epiſcoporum locus aſſignatur, contra cuius Decretum nulla amittenda ſit præſcriptio, vel conſuetudo, licet immemorabilis, ut in dicta *Oppidenſ. Proceſſion. apud Pignatell d Conſult.* 26. *n.* 8. *cum ſeqq. Rot. deciſ.* 18. *n.* 13. *poſt Antonell. de iur., & oner. Cler.* Eoque magis, quia ſi unio Vexillorum in principio Proceſſionum permitteretur, iam Capitulum, & Monachi duo corpora ſeparata non eſſent, ſed unum tantum, cum unio duarum Crucium unitatem etiam corporum efficiat, *Rot. deciſ.* 19. *poſt Antonell. de iur. & oner. Cler:* & cum re vera Corpus Capituli ſeparatum Monachos præcedat, eadem ratione Vexillum Capituli, non tàm ſeparari ab altero Monachorum, quàm illud præcedere

debe-

debere inſertur, allegando *Coccin. deciſ.* 1923. *n.* 2. *&* 4. atque alios.

Secundò in prædictorum corroborationem ab eodem Capitulo producitur quidam Liberculus, in quo, tanquam directorio, *Præceptor* Proceſſionum, vulgo dictus *Comandatore*, ſcriptum tenet ordinem, quo ſingula Confraternitatum, & Clericorum, tàm Regularium, quàm Sæcularium Corpora nuncupat, ad hoc, ut unum quodque ſuo loco incedat; & cum ibidem prius legatur ſcriptum Vexillum Metropolitanæ, quàm Monachorum, ſcilicet

LO STENDARDO DI SANTA MARIA DEL FIORE.

LO STENDARDO DELLA BADIA DI FIRENZE.

Exinde arguitur, quod eadem Vexilla non inſimul, ſed ordine ſucceſſivo, ſecundum ſcripturæ, & nominationis deſignationem incedant, ad ea, quæ apud *Emerix Jun. deciſ.* 1025. *n.* 2. *deciſ.* 242. *n.* 14. *part.* 16. *recent. deciſ.* 196. *n.* 3. *part* 18. *recent.*

Additur tertiò obſervantia, quam Capitulum ad ſui favorem allegat pluribus Teſtibus comprobatam, deponentibus de inceſſu Vexilli Monachorum ad manum ſiniſtram, & aliquibus retrò paſſibus; cui obſervantiæ in his præcedentiarum materiis multum defertur, ex indubitata Sententia, de qua *Grat. cap.* 845. *n.* 4. *Tondut. quæſt. Beneſic. part.* 1. *cap.* 81. *n.* 3. *& part.* 2. *cap.* 173. *n.* 6. cæterique mox referendi.

Atque hæc præcipua ſunt fundamẽta, quibus nititur Capitulum; omiſſis aliis per illius Advocatos cumulatis, vel parum, vel nihil ad rem facientibus, & quæ ex infra dicendis diluuntur.

Verum ex parte Monachorum illud primò fundamentum ponitur, quod, ut ſupra etiam innui, tàm ex confeſſione Capituli quàm ex omnibus Teſtibus, Hiſtoriis, Pictutis, cæteriſque Documentis, hinc indè deductis, atque allegatis, & quo ad hoc per Capitulum ipſum non impugnatis, ſatis, ſuperque probatur inveterata ab immemorabili conſuetudo proceſſus utriuſque vexilli in capite Proceſſionum: cui conſuetudini ſtandum eſſe in his præcedentiarum materiis conſtanter tradunt, *Gonzal. in cap. cum olim* 6. *n.* 11. *de conſuetud. in cap.* 2. *ſub n.* 8. *de major. & obed. Altograd. conſil. p. n.* 58 *lib.* 2. *Cyriac. contr.* 201. *n.* 165. *cum ſeqq. Tranched. conſ.* 14. *n.* 5. *Salgad. de Reg. protec. part.* 2. *cap.* 9. *n.* 18. *Addent. ad Buratt. deciſ* 903. *n.* 19. *Rot. deciſ.* 19. *n.* 2. *& deciſ.* 21. *n.* 2. *poſt Antonell: de jur. & oner. Cler.* & in terminis Proceſſionum *Quart. de Proceſſ. punct.* 4. *quæſt.* 1. *ſub. n.* 207. *Panimoll. deciſ.* 1. *n.* 19. *Lar. de*

Cap-

Cappellan. lib. 1. cap. 24. n. 25. Barboſ collect. deciſ. Apoſtol. coll. 227. n. 4. & ſi juri communi ſit contraria *Cyriac. d. controverſ 201. n. 171. deciſ 32. n. 6. 7. poſt Poſth. de manut. Addent. ad Buratt d. deciſ. 903 num 21. Addent. ad Pamphil. deciſ. 92 n. 9. deciſ. 19 n. 3. 4. poſt Anton.ll. de jur. Cler. Anſald. deciſ. 25 in Annot. n 9.* Adeo ut ſi poſſeſſio ſit alicujus temporis conſiderabilis hoc etiam caſu ſit manutenibilis, *Rot. deciſ. 85. n. 6. 7. part. 5. recent.* parumque ſubſiſtant, quæ per Capituli Advocatos congeruntur, ad hoc, ut probent Monachorum Vexillum remittēdum eſſe ad proprium ipſorum Corpus juxta præſcriptum Ordinem in Cæremon. Epiſcoporum *d. lib. 2. cap. 32. per Clement. 8.* approbato, rejecta qualibet in contrarium conſuetudine; nam cum ex prædictis pluſquam centenaria, atque immemorabilis conſuetudo probata remaneat, illa etiam præſertim ſi omninò irrationabilis non appareat, contra Cæremoniale, allegatamque conſtitutionem ſuffragitur, *Barboſ. de Canon. & Dignit. cap 33 n. 24. Pignattell. Conſult. can. 7 n. 25. tom: 1. conſ. 4. n. 2. conſ 26. n. 23 tom. 4. De Luc in Miſcell. Eccl. d ſcurſ. 39. n. 6. Pamphil. deciſ. 1 annot. 2. n 34. Addent. ad Buratt. deciſ. 425. n. 14. 15 deciſ. 19 poſt Antonell. de jur. Cler. & in Pampilonen. Præm. 3. Februarij 1700. verſic. ſed dato etiã coram dell' Olmo*, Et cum ex eodem Cæremoniali, quodlibet Corpus ſive Sæcularium, ſive Regularium Clericorum ſit, ſub propria Cruce procedere debeat, & tradunt *Barboſ. in ſumm. Bullar. verbo Proceſſio circa finem, Piſcar. in Praxi Cærem. lib. 2. ſect. 10. n. 6. cap. p n. 5. Bauldr. in Manual Cerem. de Proceſſ. cap. 14. n. 5. Caſtald de Cærem. ſacr. lib. 2 ſect 10 de proceſſ cap 1. n. 6. Quart. de Proceſſ in gen. punct. 6. n. 3. Pac. Jord. elucubr. lib. 11. tit. 2. de Proceſſ. n. 17. Pignatell. conſ. can. tom 4. conſ 30 n. 7. conſ. 58. num. 12. tom. 6.* Capitulum pariter in eadem eſſet obſervantia contra prędictum Cæremoniale, & Conſtitutionem, Quare ſi in ſui favorem, illo non obſtante, eamdem obſervantiam procedere poſſe non negat idem favore Monachorum admittere cogitur *ad Text. in l. 1. & tot. tit. ff quod quiſque Jur* & ad ea, quæ per *Barboſ. axiom. 136. num. 21. Manſ. conſ. 110 num. 34*

Admiſſa autem pro indubitata conſuetudine procedendi in Principio Proceſſionum reſpectu etiam Vexilli Monachorum, jam inceſſus in æquali etiam linea probatus videtur ex pluribus Hiſtoricis, & Chroniſtis, ac ex tribus præſertim eruditiſſimis Viris Nobilibus Florentinis, Benedicto Buonmattæi, Franciſco Rondinellio, & Senatore Alexandro Segnio, quorum primus in Libro inſcripto

De-

Digitized by Google

Deſcrizione delle Feſte fatte in Firenze per la Canonizazione di S. Andrea Corſini de Anno 1632. *pag.* 68. dum Proceſſionis ſeriem deſcribit, ita habet *Si moſſero le Croci del Duomo, e di Badia, quella à Man deſtra col ſuo Stendardo bianco entroui una Croce roſſa à trauerſo, era portata da un Cherico veſtito di Camice di Renſa bianchiſſima fregiato, e liſtato di ricca teletta d'argento; l'altra col ſuo Stendardo pauonazzo entroui Croce roſſa pare à trauerſo era portata alla Siniſtra da un Conuerſo di quella Religione veſtito dell'Abito Tanè, come portano i Laici Benedettini* Et paulò poſt pag 71. ſubjungit.

Doppo i quali venivano poi i Monaci di S. Benedetto della Badia di Firenze, i quali andauano, come vanno ſempre, ſenza Croce, perche la loro per Priuilegio approuato da un immemorabil conſuetudine và in principio delle Proceſsioni à canto à quella del Duomo.

Franciſcus Rondinellius in Libro *Relazione del Contagio ſtato in Firenze l'Anno* 1630. *&* 1633. impreſſo de Anno 1634. pag. 272. ſic inquit.

Molte volte in varie occaſioni è ſtata condotta in Firenze queſta Miracoloſa Imagine, giacche l'Anno 1511. *Bartolomeo di Giouanni Falſamoſtra uno dei Precettori della Signoria, cioè di quelli, che ordinano le Proceſsioni, che nella Città ſi fanno vecchio di* 76. *Anni, teſtificando con giuramento circa il modo da tenerſi nella tranſlazione del Tabernacolo, & Imagine dell'Impruneta, quando viene in Firenze afferma d'auere con il predetto ordine diſpoſto per ventiquattro volte, che nel ſuo Vfizio v'era venuta, auer veduto oſſeruarſi inuiolabilmente dagli altri, e ſopra dice, ch'à tal Vfizio era ſtato eletto l'Anno* 1470, *il qual ordine quiui teſtificato è queſto. La Croce di Santa Maria del Fiore va fuori del Clero, e con lo Stendardo della Badia di Firenze, e partonſi inſieme dal Duomo.*

Senator Segnius in libro inſcripto: *Memorie dei Viaggi, e Feſte per le Reali Nozze dei Sereniſsimi Spoſi Violante Beatrice di Bauiera, e Ferdinando Prencipe di Toſcana pagina* 71. ita refert.

Accompagnati da i Lumi condotti al ſolito ſù le vite, e Candellieri d'argento, erano portati da Sacerdoti li Stendardi del Clero Metropolitano, e della Badia di Firenze, che per antichiſſimo vſo dall'altro nelle Solenni Funzioni non và diſgiunto.

Huiuſmodi autem Viris multum eſſe deferendum ſuadet eorum ſingularis Doctrina, ſummaque eruditio, ob quas in Florentina hac Accademia celeberrimi emicuerunt, uti colligitur, quò ad primos duos ex prima parte edit. Anno 1700 *Dell'Notizie litterarie, ed Iſtoriche intorno agli Vomini Illuſtri dell'Accademia Fiorentina pagin.* 309. & 318. Et quoad Senatorem Segnium, multi ſunt Teſtes, adhuc viventes ipſius eruditionis, & delicatioris palati in rebus publicæ cé-

furæ

Google

furæ ſubiiciendis, quàpropter ad prędictas adeò minutas, exactaſque deſcriptiones non deveniſſent, neq; illas edi poſſe fuiſſet permiſſum, ſi ita re vera non extitiſſent, ut in terminis publicarum inſcriptionum *Trobat. de immem. cap. 12. num. 7. in fin.*, eoquè magis eiſdem deferendum eſt, quia ſinguli Librum Florentiæ ediderunt, ubi res fuit geſta, & ad totius Populi notitiam iam devenerat *Larr. deciſ. Granat. 7. n. 29. circa fin. Pignatell. conſ. can. 91. ſub nu. 28. tom. 7.* atquè ulterius Senator Segnius Metropolitanæ erat Operarius, & conſequenter de omnibus veroſimiliter informatus.

His accedit de re litteraria optimè meritus Pater Sigiſmundus Coccapani, qui in ſua deſcriptione ſolemnis apparatus Tranſlationis Corporis Divi Andreæ Corſini celebratæ de Anno 1683 pag. 40. ita proſequitur. *Doppo i quali ſeguiuano ſei Comandatori, i quali immediata mente precedeuano li Stendardi del Duomo, e della Badia, che ſono ſoliti per conſuetudine immemorabile andare auanti in ogni publica Proceſſione*, & infrà pag. 41.

Doppo queſti veniuano i Monaci di San Benedetto detti della Badia, i quali andauano ſenza la Croce, e Stendardo, per eſſer loro priuilegio mandarlo nel principio accanto à quello del Duomo, come ſopra accennammo.

Roburque addunt Annalia quædam manuſcripta Abbatis Razzi recollecta per P. Thomam Minium, atquè exiſtentia in Archivio Monaſterii Camaldulenſium huius Civitatis, ubi

La Badia di Firenze, che così dicendoſi s'intende della principale dei Padri de' Monaci Neri, il cui Gonfalone colla Croce, ſiccome più nobile, e più antica di tutte l'altre, che ſono in eſſa Città nelle più ſolenni Proceſſioni và al pari di quello della Cattedrale.

Non obſtante quod dictus Author ſit ex Ordine Monaſtico, tùm quia non agitur de Iure honorifico ſpeciali ipſius Religionis, tùm quia longè iam ab hinc annis hæc ſcripſerat, quorum approbatores haber præfatos eximios Viros, tùm demum, quia ipſe etiam fuit Vir celebetrimus, ut cætera illius opera in publicum edita teſtantur. Nec minoris eruditionis fuit P. Thomas Mini, quem, Virum doctiſſimum, appellat Martinus Iaroſlavienſis, Clericus in ſuo Opere inſcripto *Vitæ, & miracula Sanctorum quinque Fratrum Polonorum Ordinis S. Romualdi*, impreſſo Cracoviæ Anno 1610., quicquid in contrarium obloquantur duo ex Advocatis Capituli, qui ultimo loco ſcripſerunt, cũ Hiſtoriarum parum informatos ſe ſe oſtenderint.

Non minoris ponderis eſt Diarium ſatis vetuſtum geſtarum rerum præcipuè Florentiæ exiſtens penes Antonium Magliabechium omnigenæ eruditionis, totique Orbi notiſſimum Virum, ubì ſub die 11. Martii 1583. ſingillarim refertur

Google

ferur ingreſſus in hanc Civitatem Archiepiſcopi de Medicis præcedente Clero tàm Sæculari, quàm Regulari, hoc ordine: *Moſſeſi dunque la Proceſſione, come è detto, con li Stendardi innanzi del Duomo, e della Badia, e dreto ſeguitauano &c.* cui Libro habenti ſpeciem antiquitatis deferendum eſſe ait *Rota deciſ. 12. num. 11. poſt de Luc. de Iuriſdict.*

Huiuſmodi autem præſtantiſſimorum Florentinorum Hiſtoriis unanimitèr ſuper re adeò antiqua deponentium, atquè egregiè per prædictos alios Hiſtoricos corroboratis plenam fidem adhibendam eſſe tradunt *Gonzal. in cap. cum cauſam 13. nu. 4. de probation. Gratian. cap. 893. n. 6. Bonden. collect. 20. n. 64. lib. p. Valenz. conſil. 33. n. 84. Angel. in Opuſc. pr. n. 6. poſt tract. de confeſſ. Garz. de benefic. part. 5. cap. 9 num. 107. & ſeqq. Salgad. de reg. protect. part. 3 cap. 10. nu. 278.* plenè *Pignattell. Conſult. can. 91 num. 9. cum ſeqq. tom. 7. Vbaq. deciſ. 24. n. 8. Merlin. deciſ. 807. n. 4. Coccin. deciſ. 1867. n. 19. cum ſeqq. Emerix. ſen. deciſ. 29. n. 4. Celſ. deciſ. 25. n. 2. Addent. ad deciſ. 529. nu. 36. part. 4. tom. 3. deciſ. 353. n. 23. part. 5. deciſ. 268. n 20. part. 12. recent.*; ubi de ſola enunciativa, conſirmata coram *Celſo deciſ. 328. n. 10. deciſ. 316. n. 5. part. 14. recent. deciſ. 22. n. 22. poſt de Luc. de Iuriſdict. Anſald. deciſ. 78. n. 8.* Et de probatione immemorabilis *Trobat. de immem. cap. 14 n. 4. & cap 12. n. 6* ubì alii: Adeoùt poſſit Iudex cauſam decidere, & moveri ad credendum ex ſolo Libro Hiſtoricorum *Bartol cum cæteris in l. p. ff ſi cert. petat. Felin. in cap. ex parte n. 25 de reſcript Tuſc. litt. H. concluſ. 139. in fin.* etiamſi de alieno auditu loquantur *Felin. in cap. cum cauſam ſub n. p. de probat. Franciſc. Celſ. conſ. 23. n 122., Valenz. d. conſ. 33. n. 85. Maſcard. de probat. concluſ. 287. n... Probat. de immem. d. cap. 4. n. 14. & 15.* præſertim cum agatur de factis antiquis, *Gonzal. in d. cap. cum cauſam 13. n. 6. de prob. Angel. opuſc. pr. ſub. n. pr. poſt tract. de confeſſ. Coccin. deciſ. 1715. n. 19. Emerix. Iun. deciſ. 264. n. 10., Vbaq, deciſ. 24. nu. 8. Roſa deciſ. 353. n. 26. part. 5. recent. deciſ. 101. n. 4. & 5. part. 8. deciſ. 424. n. 5. part. 14. deciſ. 196. n. 4. deciſ. 631. n. 24. part. 19. recent.* Cum immemorabilis ex enunciativis etiam Scripturarum antiquis, & continvatis proberur, *Buratt. deciſ. 435. n 9. deciſ 12. n. 9. poſt. Tondut. de penſion. deciſ. 168 nu. 36. cum ſeqq. part. 10. recent. deciſ. 244. n. 8. 14. & 15. part. 16. recent., Ottheber. deciſ. 125. n. 2, 3. Addent. ad Ludouiſ. deciſ. 51. n. 11. deciſ. 9. n. 11. poſt de Luc. de Seruit. deciſ. 85. n. 11. poſt Vrſeol. de tranſact. de Luc. annot. ad concil. diſcur. 11: n. 17. Trobat. de immem. p. 12. nu. 15. ad 17.* vbì maximè

proce-

Google

procedere inquit, ſi ſint geminatæ à diverſis perſonis, ùt in caſu noſtro *Parex. de edit. inſ. tit. 2. reſ. 2. num. 61. Mareſc. var. reſ. lib. 2. reſol. 100. n. 16. cum ſeqq.*, *&* *facit Genua de enunc. lib. 2. quæſt. p. num. 38. & ſeqq*, ubi quod arbitrio Iudicis remittitur, quod tempus dicatur antiquum, eoquè magis ſi enunciativæ ab alijs adminiculis corroborentur, ut hic, quia etiamſi tunc aliquam paterentur exceptionem, probant *Rota deciſ. 509. n. 11 & 16. part. 14. rec.*

Fortiùs verò ſi addamus moderniores alios compilatores rerum Florentinarum, Franciſcum ſcilicèt Cionaccium Clericum in Libro inſcripto -- *Relazione delle Santiſſime Reliquie della Chieſa Metropolitana della Città di Firenze*, ubi inſeritur relatio ſolemnitatis celebratæ de Anno 1685. in qua publicæ venerationi fuit expoſitum Corpus Divi Zenobij, *& pag. 74.* ſic inquit. *Molti li due Stendardi della Metropolitana, e della Badia Fiorentina in coppia*, com'è ſolito nelle Solenni Proceſſioni.

Nec non etiam Ludovicum Antonium Giamboni in Libro inſcripto *Diario Sacro*, in quo minutatim ſingula, quæ ad pietatem, & devotionem conducunt Florentiæ deſcribuntur, *& pag. 119. & 366* in relationibus Proceſſionum Vigiliæ Sancti Ioannis Baptiſtæ, & Sanctiſſimi Corporis Chriſti, habet in primo loco. *Lo Stendardo della Metropolitana, e quello della Badia in coppia*, atque in altero. *Lo Stendardo della Metropolitana, e della Badia de' Monaci Caſſinenſi in coppia &c.*

Nec prætermittendi ſunt P. Abbas Puccinellius, & P. Abbas Gamurrini, quorum primus tàm in vita B. Gometii *pag. 14.* quàm in Chronicis Monaſterii huius Civitatis Florentiæ *pag. 12.* æqualem inceſſum refert ab antiquiſſimo tẽpore Vexilli Monachorum cum altero Metropolitanæ eiuſdemquè honorabilis conſuetudinis originem exponit. Quod idem confirmat ſecundus in Hiſtoria Genealogica Familiarum nobilium *tom. 3. pag 157.*

Nil refragante, quod ſint inter ſe contrarii, & quod in varios errores reſpectu rei, de qua agitur, inciderint, quia illud in facto non ſubſiſtitur, proùt evincit peculiaris reſponſio ex parte Monachorum communicata, quemadmodùm non reſiſtit, quod ambo ſint de eodem Caſſinenſi Inſtituto, tùm quia ſcripſerunt longè ante præſentem controverſiam, tùm quia eorum authoritas ex aliis ſupradictis approbatiſſimis Scriptoribus comprobatur, atquè etiam ex pluribus Teſtibus favore Monachorum formitèr examinatis, & de inceſſu Vexilli in eadem linea deponentibus, ex quibus modernioribus Hiſtoricis unà cum Teſtibus in eumdem ſenſum concur-

rentibus

Digitized by Google

rentibus certum eſt, quod antiquiores ſupradictæ Hiſtoriæ corroborantur, & indubitabiles redduntur *Angel. in d. Opuſc. pr. n. 9. poſt tract. de confeſſ. Pignatell. conſ. can. 91. n. 28. in fin. tom. 7. Piuol. deciſ. 28. n. 37. Coccin. dec. 93. n. 16. dec. 1715. nu. 19. & 20. cum ſeqq. deciſ. 353. nu. 28. p. 5. recent. Anſald. deciſ. 78. n. 8.* & in fortioribus de partita extracta ex Libro cujuſdam ſocietatis *dec. 560. in fin. part. 19. rec.* Et fama quædam, rumorquè univerſalis, veluti publicum teſtimonium ſubortitur, quæ rei veritatem in antiquis confirmat, ut notat *Gonzal. in cap. cum cauſam 13. n. 7. de prob. Trabat. de immem. quaſt. 12. n. 11. Ludov. Bell. conſ. 4. n. 10. Pignatell. conſ. d. 91. nu. 29. tom. 7. Rota deciſ. 268. n. 10 part. 14. recent. & coram Coccin. deciſ. 2715. n. 20. coram Emerix. Jun. dec. 189. n. 9 deciſ. 1171. n. 13. & in Pampilonen. praemin. 3. Februaris 1700. verſic. potiſſimum, quia coram dell'Olmo* maximè quia plures ex iiſdem Teſtibus Annum quinquageſimum quartum excedunt, de non interrupto plurium Annorum ſpatio deponunt, de viſu, de publica voce, & fama, & quod ab aliis audiverint, nec non de re, de qua magis præciſam notitiam habere debent, propter neceſſitudinem proprij Officii, qua in principio Proceſſionum incedere tenentur; quibus concurrentibus plena fides ipſis adhibetur, *Farinacc. d. Teſtib. quaſt. 65. n. 165. Celſ. deciſ. 40 nu. 9. Emerix. Iun. deciſ. 956. n. 4.* etiam in eo quod deponunt de auditu, *Cerr. deciſ. 721. n. 3. deciſ. 101. n. 4. 5 part. 8. rec.* & de publica voce, & fama *Coccin. deciſ. 1867. n 2. deciſ. 2027. n. 28 deciſ 2110. n. 3.* de qua ſatis eſt, quod deponant diuturna, nec requiritur, quod teſtentur de immemorabili *Felin. in cap cauſa n. 3. de praſcr. Maroſc. var. reſ. 17. n. pr. cum ſeqq. lib. pr. Coccin. deciſ. 2139. n. 12.* adeo ùt Teſtes, Hiſtoriæ, & cætera documenta, atquè adminicula ſimul juncta ad immemorabilis probationem ſufficiant, ex congeſtis per *Trabat. de immem. quaſt. 12. n. 19. Rota in nullius, ſeù Senogallien. Bonor. coram Muto poſt de Luc. de ſerutt. deciſ. 10. num. 9.*

Et quatenus de rigore juxta prædicta immemorabilis contuetudo reſultare negaretur adhùc ejuſdem ſi non immemorabilem, ſufficientem tamen probationem fauore Monachorum concurrere exiſtimo

Ad cujus rei evidentiam animadverto, quod quàmvis conſvetudo, vel obſervantia juri communi cōtraria præferens minùs dignum magis digno, & quæ preſertim immemorabilis non ſit, tanquàm corruptela non attendatur, *Panimoll. deciſ. pr. annot. 2. n. 4. & 5. Addent. ad Ludovif deciſ. 124.*

ſub n. 4. cæteriquè in contrarium cumulari; hujuſmodi tamèn limitatio intelligitur, quando indiſtinctè in omnibus caſibus conſuetudo præfert minùs dignum magis digno, ſecùs quando in aliquo tantùm caſu particulari ex aliqua circumſtantia, nàm tunc conſuetudo attenditur, & ſubſtinetur, *Tonlut reſ. benef.* 81. *in fin. Tranchedin. conſ.* 14. *n.* 7. 8. *de Luc. ad Graz. deciſ.* 16. *nu.* 4. *Card. de Luca de praemin. diſc* 23. *in fin.* ubì, quod hodiè hoc principium eſt planum *Pignatell. conſ. can.* 35 *n.* 30. ubì, etiam ſi ſit contrà jus, *Pammoll. deciſ. pr. annot.* 2. *n* 7. 8. *Pen. deciſ.* 993. *n.* 8 *Pamphil. deciſ.* 127. *n.* 8. *&* 13. *Merlin deciſ.* 779. *n.* 6. *Addent. ad Ludouiſ. deciſ.* 124. *n.* 4. *& ad deciſ.* 310. *n.* 10. *deciſ.* 18. *nu.* 15 *poſt Antonell. de jur. Cler. deciſ.* 560. *n.* 17. 18. *part.* 19. *rec.* Et ſi ſit contra jus, & militet pro ea aliqua rationabilitas, vel ulterius procedendo jus non reſiſtat, ſpatio quadtagima Annorum præſcribitur, *Trobat. de immem. quaeſt.* 3. *nu.* 131. *Manriq. de praeced. quaeſt.* 18. *ſub nu* 10. *Bich. deciſ.* 477. *n.* 12. *deciſ.* 233. *n* 22. *part.* 13. *rec. deciſ.* 91 *nu.* 9. *part.* 14. *deciſ.* 222. *n. part.* 15. *rec. Addent. ad Pamphil. dec.* 120. *verſ. rationabilis Addent. ad Ludouiſ. deciſ.* 124. *nu.* 4. *Pammoll. deciſ. pr. annot.* 2. *n.* 22. *Emerix. Iun. d. deciſ.* 764. *n.* 9. *Bertacchin. voto* 172. *nu.* 4. *Rota in d. Pampilon. praemin.* 3. *Februarii* 1700. *verſic. ſed etiàm coram dell' Olmo.* Si verò ſit tantùm præter jus ſpatio decem Annorum inducitur, ùt diſtinguendo tradit *Gonzal. in cap. pr. ſub. n.* 11. *d. conſuet. Trobat. de immem. loc. cit. nu.* 136. *&* 137. *de Luc. de praemin. diſc.* 22. *n.* 4. *Altouit. in voto* 8. *nu.* 4. *poſt Rembold. Valenz. conſ.* 201. *n.* 43. *Maſtrill. deciſ.* 130. *n.* 17. *& de Magiſtrat. lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 32. *Cocem. deciſ.* 1014. *nu.* 2. 3. *Pammoll. d. deciſ. pr. in fin. & in annot.* 2. *n.* 20. *Adden. ad Pamphil. deciſ* 120. *n.* 7. *deciſ.* 127. *n* 9. *Anſald. deciſ.* 25. *n* 11 *deciſ.* 102. *nu.* 19. *part.* 10 *recent.* quàmvis aliquantulum juri communi repugnet *deciſ.* 214 *nu.* 2. 13. *part.* 4. *tom.* 2. *rec Anſald. deciſ.* 25. *in annot. n.* 10. in tantum, ùt ne detur manutentio contra juris reſiſtentiam debeat hæc eſſe vehemens, & inevitabilis *Mareſcot. var. lib. pr. cap.* 11. *n.* 19. *&* 45. *Ridolphin. prax part.* 2. *cap.* 12. *nu.* 271. *Far. ad Couar. practic. quaeſt.* 17. *n.* 27. *Pen. deciſ.* 993. *n.* 6 *Vbald. deciſ.* 492. *nu.* 10. *Addent. ad Buratt. deciſ.* 131. *n.* 8. *Ludouiſ. deciſ* 370. *n.* 7. *&* 10. *Emerix. Jun. d deciſ.* 764. *n.* 10. *Bertacchin d. voto* 172. *n.* 5. nec inquirendum ſit, àn conſuetudo, quæ legibus contraria non eſt ratione nitatur, cum talem præſumptionem habeat, &

non

non de ipſa, ſed ſecundum ipſam ſit iudicandum, ùt inquit D. Auguſtinus relatus *in cap. conſuetudinis 11. diſtinct.* & poſt illum *Gonzal. in cap. cum tanto fin. n. 5. de conſuetud.*

Juri autem non contraria conſuetudo, ſed præter Jus, & non irrationabilis dicitur, quando eidem aliqua expreſſa diſpoſitio, vel Canon non repugnat, nec eſt nutritiva peccati, vel ſcandali, *Gloſſ. in cap. fin. verb. rationabilis de conſuetud. Pen. deciſ. 259 nu. 4. impreſſ. Venet. & deciſ. 993. n. 5. impreſſ. Lugdun, Seraphin. deciſ. 639. n. pr. & deciſ. 645. nu. pr. cum ſeqq. deciſ. 28 n. pr. part. 3. rec. ubi Rubeus n. 9. deciſ. 560. num. 9. & 10. part. 19. rec.* & quando id, quod inducitur, eſſer privilegio conceſſibilis *Oldrad. conſ. 172. nu. 2. Pen. deciſ. 103. n. 18. impreſſ. Venet.* vel alia concurrente cauſa, aut circumſtantiis per Judicem ponderandis, in cujus arbitrio reſidet definire, an conſuetudo ſit rationabilis, nec nè *Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. pr. caſ. 82. cum ſeqq. Manriq. de praeced. quaeſt 12. nu. 2. Pammoll. deciſ. 1. Annot. 2. ſub. n. 12. Rub. in addit. ad deciſ. 28. n. pr. part. 3. rec. Addent. ad Pamphil deciſ. 120. n. 8. d. deciſ. 222. nu. 34. part. 15. rec. deciſ. 19. n. 19. poſt Antonell. de jur. Cler.*

Cum igitur in caſu noſtro non controvertatur præcedentia Cleri Sæcularis ſupra Regularem, cum Sæcularis undequaquè præcedat, qui ipſius Vexillum altius, à ſuis Ceroferariis aſſociatum, & ad manum dexeram defertur, quæ præcedentiam regulariter impotat, *Gloſ in cap. quam periculoſum verſic. primatus 7. queſt. pr. Felin. in rubr. de major. & obed. n. 8. Tholoſ. de Repub lib 4 cap. 10. n. 12. verſic. contrariam, Tiraquel. de primat. in praefat n. 13. Alex. ab Alex. dier. gen. lib. 2. cap. 19. in med. Pen. deciſ. 456. n. 4. & deciſ. 1420. n. 2.* ubì in terminis præcedentiæ duarum Crucium, *Coccin. deciſ. 1731 n. 2. deciſ. 111. n. 2. part. 5. deciſ. 320. n 2. part. 11. recent. Pammoll. deciſ. pr. annot. 8. n. 38. & annot. 14. num. 9. Bich deciſ. 566. n 14. plenè Pignatell. Conſ. can. 36. nu. 7 & ſeqq. tom. 4. & conſ. 12 n. 2. tom. 5.* atquè etiam ultimum locum Proceſſionis retinet, qui paritèr dignori tribuitur, & præcedentiam deſignat, *cap. perlectis 25 diſtin* quem ſingularem dicit ibi *Prepoſ. nu. 10. Pac. Jordan. elucubrat. lib. 11. tit. 2. de Proceſsion. nu. 28. Pammoll. deciſ pr. n 5. & in annot. 3. nu. 6. annot. 14. n. 3. 5. Pen deciſ. 456. n. pr. Ludouiſ. deciſ. 310. n. 2. & 8. Merlin. deciſ. 779 n. 3. deciſ. 320. n. 25. part. 11. deciſ. 87. n. 14. & ſeqq. part. 17. recent.* Nec quo ad hoc aliquid per Monachos prætenditur, quod Epiſcoporum Cæremoniali obverſetur;

ſed

Google

ſed quæſtio ſolum eſt circà exuberantem majorem, vel minorem præcedentiam Vexilli Metropolitanæ, non tàm reſpectu manus dexteræ, quàm inceſſus aliquantum anterioris, quem ſi in æquali, & eadem linea admittamus, jam patet nihil contradictum Cæremoniale induci, cum de hoc nihil diſponat, nec contra Clemen. 8. Conſtitutionem, quæ ad ea tantùm reſtringitur, quę in eodem Cæremoniali ſunt expreſſa, ùt dixit *Rota deciſ. 102. n. 12. part. 10. rec. & in Pampilonen. præem. 7. Mart. 1701 coram dell'Olmo §. conſtitutio verò in fin. & 11. Decembris 1702. coram Lancett de Luc. in Miſcell. Eccleſ. 39. n. 7.* cum aliis ſupracitatis verſic. Juri autem, et quæ abuſum redolent, & corruptelam, *Pansmoll. d. deciſ. pr. annot. 2 nu 34.* Quinimò ad hunc effectum ſatis eſſet, ſi dubitaretur, an dictum Cęremoniale reſiſteret, *Rot. d. deciſ. 102. n. 16. part. 10. recent.*

Et ſi quoties conſuetudo, vel obſervantia non in totum derogat juri, pręferendo minùs dignum magis digno in aliquibus tantùm caſibus, loco, vel circumſtantiis, attendenda eſt, nec tanquàm irrationabilis reiicitur, ùt præmiſimus, Quanto magis erit attendenda in noſtra hypotheſi, in qua nulla per Monachos præcedentia adverſus Capitulum prætenditur; nèc per hoc, quod eorum Vexillum æqualiter cum altero Capituli incedit aliqua irrationabilitas ad excludendam conſuetudinem reſultare poſſit, cum magis, vel minus pręcedere, vel major, aut minor congruentia non poſſit dici habere juris reſiſtentiam, ex quo rem non alterat, nec differre facit, *Macerat. var. lib. 3. cap. 3. cap. 39. n. 4. Lar. de Cappellan. lib. 2. cap. 8. n. 4. Grat. cap. 752. n. 90.* atque in ſpecie conducunt *de Luc. de praemin. diſc. 16. n 23. Anſaid. deciſ. 25. n. 10. in annot.*

Indubitanter verò, quia non ſolum inceſſus duarum Crucium, & Vexillorum in æquali linea irrationabilis non evadit, ſed ex circumſtantiis ſummè rationabilis, & comendabilis cenſetur, tùm quia in contrarium prætenſus inceſſus nunquàm per Cæremoniale Epiſcoporum admiſſus apparet, quinimò expreſſe contra illud, & commune ſcribentium placitum admitteretur, ex quibus Crux inter duos Ceroferarios ad ipſius, & Crucifixi honorem deferenda eſt. *Bauldr. in Manual. Cærem. de Proceſſ. cap. 14. n 3. & 7. & de Proceſſ. Sanctiſsimi Sacramenti artic. 13 n. 3. Caſtald. in prax. Cærem. lib. 2. ſect. 10. ſub n. 10. Gauant. in Theſ. Sacr. rit. part. 2. tit. 13. n. 4. litter. H. & part. 4. tit. 12. n. 5. in fin.* Et tamen juxta ſenſum Teſtiũ Clericorum à Capitulo inductorũ ſuper Interrog. 27. extra Ceroferarios Crux Monachorum procederet

decet, tùm quia eſſet nimis indecorum, atquè inhoneſtum, maximamque diſſonantiam redoleret, ſi una Crux, quinimò una Chriſti Redemptoris imago, adeo inſolito procedendi ordine, abſq; ullo Canonum, vel rationis fundamento diverſimodè coleretur, atque alteri quodammodò famularetur: Decentia autem, quod multum advertenda ſit in diſputationibus præcedentiarum, & quod indecorum eſt, evitari debeat, tradunt *Valenz. Conſ. 34 n. 178. cum ſeqq. Altograd. conſ. 1. n. 61. lib. 2. Manſ. conſ. 589 n. 13. Sperell. deciſ. 179. n. 32. Rot. deciſ. 411. n. 2. in fin. part. 2. rec deciſ. 252. n. 11. part. 6. rec.* augendamque eſſe honorificentiam Cultus Divini, & pro ea omnem faciẽdam eſſe interpretationem, inquit *Rot. coram Coccin. deciſ. 1762. n. 4. Ludouiſ. deciſ. 483. n. 6.*

Atquè ex his præſuppoſito etiam, quod immemorabilis favore Monachorum non probaretur, ſatis tamen, ſuperquè de ſufficienti conſuetudine, vel obſervantia liqueret, ex ſupra recenſitis Hiſtoriis, cæteriſque documentis unà cum Teſtibus deponentibus de longo tempore, pluralitateque actuum arbitrio Judicis ponderandis, ad ea, quæ per *Mareſcott. var. lib. 2. cap. 100. num. 1. & ſeqq. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 5. cap. 4. n. Manſ. conſult. 617. n. 54. Manriq; de Præced. quæſt. 18. n. 22. Trobat. de immem. quæſt. 3. n. 156. cum ſeqq. & quæſt 12. n. 71. Otthobon. deciſ. 53. n 16. & ſeqq. deciſ. 15. n. 15. part. 6. rec.* alioſque mox ſupra allegatos: Et cum non agitur de probanda cõſuetudine inceſſus in Capite Proceſſionum, qui non controvertitur, ſed ipſius tantùm circumſtantiam, minores etiam actus, minorquè Teſtium numerus ſufficeret, *deciſ. 360. n 6. part 14. rec.* ceſſantque ea, quæ tam longo apparatu favore Capituli ſcripta fuerunt de præcedentia, quæ Clero Sæculari ſupra Regularem debetur, eaquè non præſcriptibili ob reſiſtentiam Cæremonialis Epiſcoporum, & Clementis VIII. conſtitutionis illud confirmantis, quia talis præcedentia à Monachis non negatur, nec per allegatam ab eis conſuetudinem tollitur, cum Capituli Vexillum, & Corpus jam in digniori loco in Proceſſionibus procedat, ùt ſirmavimus.

Nequè ex eo, quod Monachorum Vexillum ante omnes in his caſibus præit aliqua major præcedentia deſumi poteſt, quia, vel ea conſideratur reſpectu cæterorum Clericorum tàm Sæcularium, quã Regularium, vel reſpectu Capituli: Si reſpectu primorum, hi non ſunt in cauſa, & quatènus adeſſent, militarent contra eos omnia hucuſque ponderata de inceſſu dicti Vexilli in Capite Proceſſionum, qui proùt à Capitulo non contro-

 ver.

Google

vertitur, ita neque à reliquis Clericis controverti valet ob antiquiſſimam, & immemorabilem obſervantiam toto Clero, Magiſtratibus, & Populo videntibus, ut advertit etiam *Rot. deciſ.* 781. *n.* 8. *part.* 18. *recen.* Quod ſi præcedentia conſideretur reſpectu Capituli non ex eo tantùm illa deſumenda eſt, quod Monachorum, & ipſius Vexilla in æquali linea deferantur quotiès cætera quoquè paria non ſunt, cum illud Capituli ad manum dexteram in majori altitudine, ſuiſque luminibus aſſociatum incedat, ipſumquè Capituli Corpus digniorem locum in Proceſſionibus occupet; ita *Rot. deciſ.* 320. *n.* 26. 27 *part.* 11. *recent.* reperita in ordine apud *Bich deciſ.* 566. *n.* 31. Et ſi maiorem dignitatem, honorificamquè receptionem neceſſariò non importat manus dexteræ conceſſio, cum ſecundum ſubiectam materiam poſſit etiam ab aliis circumſtantiis deduci *Rot. deciſ.* 15. *n* 7. 8. *part* 6. *rec.* eò minus major præcedentia ex æquali inceſſu argui poterit, ſi cętera favore Monachorum majoritatem denotantia non concurrunt.

Redditurquè proindè inapplicabilis deciſio *in Oppiden. Proceſſ.* apud *Pignattell. conſ. can.* 26 *n.* 7. *& ſeqq. tom.* 4. *& apud Sperell. deciſ.* 179. nàm ibi agebatur de mixto, confuſoque inceſſu diverſarum perſonarum Sęcularium Clericorum, & Regularium, quàm membrorum diverſorum confuſionem, & mixturam, cum Jura abhorreant. *Manſ. conſ.* 569 *n.* 14. *de Luc. de præm. diſc.* 24. *n.* 5. *Cocen deciſ.* 1731. *n.* 5. *deciſ.* 111. *n.* 5. *part.* 5. *deciſ.* 15. *n.* 4. *part.* 6. *rec. deciſ.* 86. *n.* 35. *poſt Urceol. de Tranſ.* Quinimò, & ſi diverſa Sæcularium tantùm corpora miſceantur, *d. deciſ.* 15. *n.* 3. *cum ſeqq. part.* 6. *rec.* eaquè per Bullam Clementis VIII editam de Anno 1600. Cęremonialis confirmatoriam prohibeatur, circumferaturque Gregorii XV Diploma de die 20. Februarii 1621. uti per extenſum refert *Pignattell conſ. can.* 26. *n.* 2. *&* 4. *tom.* 4. *Panimoll. d. deciſ. pr. ann.* 3. *n* 9. non mirum ſi deindè Rota in dicta Oppidens. emanata poſteà ſub die 18. Maii 1646. eamdem mixturam tanquàm Juri contrariam damnaverit, quod tamen caſui noſtro non convenit, in quo Juris reſiſtentiam reſpectu æqualis Vexillorum inceſſus, vel perſonarum diverſarum conditionum mixturam non habemus, qua deficiente non quadrat nimìs decantatum *Deuteronomii præceptum cap.* 22. *de non arando in Bove, & Aſino*, cui alias diverſus ſenſus, magiſquè planus, & genuinus tribuitur per doctiſſimum *Cornel à lapid in commem. ad dictum locum*, ne ſcilicèt Aſinus debilioris naturę, quàm Bos plus æquo gravetur, atquè opprimatur, prout quàm ſæpiſſimè inter homines diverſo-

rum

Digitized by Google

rum Ordinum, & conditionis eveniт, ut qui maiori pollent authoritate humiliores opprimere non formidant, nequè erubeſcunt, nec aliena ſunt, quæ de ſimilibus ſcripturæ locis tradit *Benedictus Pererius comment. in Geneſ. lib. 1. ſuper Oper. ſexti diei verſ. 24. sub § Rupertus lib. 1.*

Minùs turbat, quod Hiſtoricis, & Chroniſtis, tùm demùm fides adhibeatur, quando communiter fuerunt recepti, & ab antiquo per univerſalem Populi conſenſum approbati, ut per *Bonden. coll. 15. n. 69. tom 2. Arguel. deciſ. 17. n 20. deciſ. 221. n 3. poſt Torr. de pact.* tùm quia gratis aſſeritur Hiſtorias ſupra relatas non eſſe in ſua materia conſtanter receptas atquè approbatas, cum nihil in tam longa controverſia fuerit deductum, quod illis obverſaretur; *Rot. deciſ. 18. n. 9. poſt de Luc. de Juriſdict.* tùm quia plures ſunt, & ab eximiis Viris, diverſiſquè temporibus editæ, eamdemque rem tanquàm notoriam, & indubitatam referentes, ex qua loquendi conſuetudine veritatem comprobari conſuluit *Bald conſ 161 n. 3. lib. 3* in ipſa hac præſertìm Civitate, ubi facilè ſuper narratorùm ſubſiſtentia redargui poterát, tum demum quia earumdem major pars per Vicarios Generales, qui ſemper de gremio Capituli eſſe ſolent, fuerunt approbatæ ad quod adeo oſcitanter non deveniſſent, ſi rem Capitulo præjudicialem illas continere deprehendiſſent, cũ in proprio Officio negligentes non præſumantur approbando Hiſtorias à veritate alienas, *Menoch. de præſump. lib. 6. præs. 77. n 3. Noguerol. alleg. 2. n 120. Rota in nullius, seù Senogall. Bonor. 23. Junii 1697. § tamen, & 13. Maii §. Speciales coram Muto.* Et in proximis terminis fuit dictum *in Valentin. Juriſdict. 14. Februarii 1698. §. final. cor. Priol in Terracon. Juriſd. 2. Decembris 1701. § 3. coram Molines, in Toletana Juriſd. ſuper pertinent. Eccleſ. 15. Junii 1690. coram eodem, deciſ. 809. n. 18. 19. part. 18. rec. deciſ. 48 n. 9. poſt Antonell. de Jur. Cler deciſ. 10. n. 13. poſt de Luc. de Servit.*

Inſubſiſtens non minùs eſt probatio ex Liberculo Præceptoris ſupremi Magiſtratus arguendo ab ordine Scripturæ, nàm talis ordo non ſemper ordinem præcedendi deſignat, cum ſepè ſit fortuitum, adeò ut leviſſimum hoc argumentum reputetur à *Bordon. de præced., & maior. quæſt. 36. nu. 134. Paſcucc. ad conſult Pignatell de præced. part. 2. pagin. mihi 230 verſic. an quandò unus in Scripturo &c.* Fortius quia non apparet de cuius mandato, & authoritate dictus Liberculus ita fuerit inſcriptus, ſed potius ad ipſius Præceptoris arbitrium, & in proximis terminis advertit *Altoum. vol. 8. n. 52. poſt Kembold. deciſ.* concurritquè maior probatio

rio ab expreſſa declaratione in eodem liberculo apparente, ubi habetur.

Le prime à mucuerſi ſono queſte

LO STENDARDO DI SANTA MARIA DEL FIORE,

E LO STENDARDO DELLA BADIA DI FIRENZE.

Quibus verbis *le prime à mucuerſi* eum æqualitèr tanquàm primum utrumquè Vexillum determinetur, æquali etiam motu, inceſſuquè procedere debere infertur ad regulam *Tex. in l. jam hoc jure ff. de vulg. & pupil.* atquè expreſſa hæc declaratio tacitæ argumentationi ab ordine ſcripturæ præferri debet *Euerard. in argum. ex loco ab ord. ſub n. 15. Barboſ. axiom.* 89. *n.* 2. 3.

Et dato demùm millies, quod ex dicto Liberculo aliqua reſultaret probatio, & quod ordo Scripturæ eſſet attendendus; tamèn vel ex actu vocandi non inferretur ad actum inceſſus, ut in ſimili *Buratt. deciſ.* 303. *n.* 9. vel talis ordo ſatis operaretur, ſi præcedentiam Vexilli Metropolitanæ reſpectu manus dexteræ deſignaret, abſque eò quod inſolitam, ulterius inauditamquè à Capitulo prætenſam reſpectu inceſſus aliquantulum anteà oſtenderet.

Corruit paritèr, quod in teſtium depoſitionibus à Capitulo examinatorum ponitur fundamentum, cũ plures patiantur defectus, tàm in perſonis, quàm in dictis, quos Monachorum in cauſa Patronus in ſua facti informatione diligentèr examinat, vel quia parum cõcludant, vel quia aliqui teſtantur per verbum *videtur*, *Conciol. allegat.* 93. *n.* 11. *deciſ.* 677 *ſub n.* 3. *part.* 2. *rec.* & cum nimia animoſitate, *Bonden. collect.* 3. *num.* 115. *vol.* 2. alij non de neceſſitate, nec de toto Proceſſionum inceſſu, ſed de aliquibus tantùm locis, ubi illas viderunt, in quibus Vexillum Abbatiale aliquantum retrò potuit fortuito reperiri, cum non probet hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe *l. non hoc C. und. legit. l. ad probat. C. de probat. Bonden. collect.* 3. *n.* 131. *vol.* 2. *Celſ. deciſ.* 284 *n.* 4. *Duran. deciſ.* 337. *n.* 38. *Dunozz. ſen. deciſ.* 198. *n.* 5. plures cum Canonicis conſanguinitate coniunguntur, *Farinac. de Teſtib. queſt.* 54. *num.* 26. & 30. *Celſ. deciſ.* 166. *n.* 6. *deciſ.* 54. *n.* 12. *p.* 17. *rec.* vel ſunt de gremio Ordinis Clericalis, de cujus honorificentia agitur, & cum aliquali affectione deponunt, *Bald. conſ.* 481. *ſub nu.* 3. *lib.* 1. *Farinac. de Teſtib. queſt.* 60. *n.* 29. *Capy. latr. deciſ.* 181. *n.* 41. *Emerix. Jun. dec.* 112. *n.* 7. & *deciſ.* 1278. *n* 12. *deciſ.* 208. *n.* 9. *part.* 17. *rec. benè Coccin. deciſ.* 2035. *n.* 3. *Rota in Pampilonen. praemin.* 3. *Februarii* 1700.

Digitized by Google

1700. *ſub verſ. nec Petri Poſſeſſio coram dell' Olmo*, eoquè minus attendendi ſunt in concurſu Teſtiũ favore Abbatialis Eccleſiæ deponentium, qui magis probant, cum pro affirmativa teſtentur, *Ludouiſ. deciſ.* 449. *n.* 3. *Emerix. Jun. deciſ.* 773. *n.* 3. *deciſ.* 102. *n.* 27. *part.* 10. *rec. deciſ.* 242. *n.* 4. *part.* 16. *rec. & in d. Pampilonen. præemin.* 3. *Februarii* 1700. *verſic. vel contraponendi in fin.* & in illius confirmatoria 7. *Martii* 1701. *verſ. Teſtes verò coram dell' Olmo.* Et pro Monachis reis conventis, *Buratt deciſ.* 631 *n.* 15 nec non de magis veriſimili magiſquè honorifico inceſſu, *Poſth. de manut. obſeru.* 71 *n.* 85. *& ſeqq Ludouiſ. deciſ.* 51. *n.* 2. *Coccin. deciſ.* 1502. *n.* 23. *Addent. ad Pamphil deciſ.* 13. *ſub num.* 14. *verſ. ſecunda*, *deciſ.* 287 *n.* 6. *part* 8. *rec.* eoque continuato in æquali linea, tàm reſpectu principii, quàm medii, & finis Proceſſionis, *deciſ.* 111 *nu.* 41. *part.* 5. *rec. Buratt. deciſ.* 903. *n.* 10 magiſquè ſint informati de re ad proprium officium pertinente, uti ſunt plures publici Præceptores, *Farinacc. de Teſtibus quæſt.* 65. *n.* 135 *&* 165 *cum ſeqq. Jurd. conſ.* 430. *n* 12. *Pamphil. d. deciſ.* 13. *n.* 7. *& ſub n* 14. *verſ quart.*

Et quàmvis ex parte Capituli multũ deferendum eſſe prætendatur nonnullis Clericis de facto proprio aſſerentibus quod cum Vexillo Metropolitanæ ante alterum Monachorũ inceſſerint, nihilominùs, ultraquàmquod, tamquàm de gremio Clericali eiſdem fides minuitur, ùt diximus, quo ad majorem, vel minorem diſtantiam inter unum, atq; alterum Vexillum non conveniunt, ad quam probandam principaliter fuerunt inducti; ideoque cum talis varietas ſit in ſubſtantiali) ad eà, quæ *per Addent ad Aleſ conſ* 45. *n.* 6 *lib.* 2. eorumdem etiam Teſtium dictum eò magis vitiatur *Afflict. deciſ.* 72. *n.* 6. vel ſaltèm negari nequit, quod a Teſtibus contrariis Monachorum debilitantur, *Rot. deciſ.* 158. *n.* 11. *part.* 10. *deciſ.* 327. *n.* 13. *part.* 12. *rec.* prorſuſquè ab illis ſuperantur, ſi pluribus, grauibuſq; ſupradictis Hiſtoriis conjunguntur, *Salicet. in l. in exercendis ſub n.* 6. *C. de fid. Inſtrum. Grammat. deciſ.* 335. *ſub num.* 7. *Rota decis* 322. *n* 13. *part.* 6. *rec. deciſ* 252. *n.* 7 *part.* 18. *rec. Dunozz. Jun. deciſ.* 734. *n.* 10. *Emerix. Jun. deciſ.* 296. *n.* 7. cæteriſque adminiculis favore Monachorum ſupra ponderatis, *Cerr. deciſ.* 3. *num.* 26. *deciſ.* 791. *num.* 9. *dec.* 893. *num.* 3. *& in recent. deciſ.* 383. *num.* 12. *deciſ.* 388. *num.* 2. *part.* 16. *rec.* Quinimò ſola inter eoſdem Teſtes conquaſſatio ſufficeret ad hoc, ùt pro Monachis reſponderi poſſet, pro quibus ſupradictæ militant Hiſtoriæ, quæ etiàm in concurſu Teſtium, ſolæ, tamquàm minus ſuſpectæ ma-

gis

d by Google

gis attenduntur *ad Text. in l. Cenſus 10. C. de probat. l. in finalibus 11. ubi Cujac. ff finium.regun. Manſ. conſ. 143. num. 51. Trobat. de immem. quæſt. 12. n. 23. & 68. Rot. deciſ. 531. n. 23. part. 5. tom. 2. rec. deciſ. 252. num. 6. part. 18. rec. deciſ. 484. num. 13. part. 19. rec. Buratt. deciſ 952. n. 9. Dunozz. Sen. deciſ. 198 nu. 6. Carill. deciſ. 75 n. 24. deciſ. 216. num. 10. Celſ. deciſ. 38. nu 9.* Et magìs in ſpecie de Scripturis, Libris, atquè Hiſtoriis antiquis, *Trobat. d. quæſt. 12. n. 3 & 34. Priol. deciſ. 28. n. 37. Cerr. deciſ. 90 n. 2. & 5 Coccin. deciſ. 2342. n. 29. 30.* præſertim quoties, prout in præſens agitur de re antiqua, *Alb. conſ. 64. n. 22. Rota deciſ 322. n. 12. part. 6. rec. d. deciſ. 284 num. 15. part. 10. rec.*

Atquè hæc quò ad primam controverſiæ partem ſuper æquali in eadem linea Vexillorum inceſſu: quo ad aliam verò ſuper eorum altitudine, vel longitudine, retuli Celſitudini Tuæ Sereniſſimæ, & Reverendiſſimæ aliquantò minoris altitudinis ferè unjus brachii alterum Monachorum eſſe debere, motus ad ità referendum, non tàm ex aliquorum Teſtium dictis favore Capituli ſuper hoc deponentium, contrà quos nihil fuit probatum; verùm etiam ex ipſorum Monachorum in actis emiſſa confeſſione, qua in his terminis præeminentiarum nullam vehementiorem dari probationem ſupra firmavimus.

Atquè hæc ſunt, quæ Celſitudini Tuæ Sereniſſimæ, ac Reverendiſſimæ in mandatorum tuorum obſequium ponderanda humilimè propono.

Humilimus Servus
Andreas Farſettus Rotæ Auditor.

C Æ S E N Æ

Ex Typographia Receputi.

MDCCVI.

SVPERIORVM PERMISSV.

99 9465 4.9